



rexit per Heliconam ad illam urbem. A qua cum non longe abesset, praemisit Pantea cum duobus Lacedaemoniorum cohortibus ad occupandum murum inter duas turres, quam partem esse Megalopolitanis intelligebat...

JASON, cum in animo haberet, urbem quandam Theffaliam aggredi, iussit prorsus ignaros oppugnationis ad habendum delictum, accipiendumque salarium armatos convenire. Qui cum omnes armati adessent, nuncii citato cursu superveniunt...

ANTIOCHUS Seleuci filius, volens Damasum in suam potestatem redigere, quam Dinon Ptolemaei dux cum praesidio tenebat: praecipit exercitui, atque universae regioni, ut convivium Persicum summa celebritate obirent...

DEMETRIUS, ex improviso Sicyonem aditum volens, fecit in Cenchreas, atque ibi plurimos dies in luxu, atque luxuria consumpsit. Cum vero jam omnem suspicionem deposuissent Sicyonii, mandavit, ut mercenarii milites cum Diodoro sub noctem impressionem facerent...

C. DULLIUS Coss. subinde exercendo milites, remigisque, consecutus est, ut securis Carthaginensibus usque in id tempus innoxia consuetudinis subiret ad mota classe murum occuparet.

DOMITIUS Calvinus cum obsideret Lucam oppidum Ligurum, situ non tantum, & oporibus, verum etiam propugnatorum praesentia tutum, circumire muros frequenter omnibus copiis instituit, eademque reducere in castra...

Q. METELLUS Pius, cum in Hispania adversus Celtiberos bellum gerens, Metropolim Contrebarum viribus expugnare non posset, aliam viam invenit. Itinera namque magno impetu ingrediebatur, deinde alias, atque alias regiones peribat...

M. CATO animadvertit in Hispania potius se quodam oppido posse, si inopinantes invaderet. Quatruidi itaque iter biduo per contragoga, & deserta emensus, nihil tale metuentes oppressit hostes. Militibus deinde suis causam tam facilius evensu requirentibus, dixit...

CONSTANTINUS Magnus Maximianum tyrannum Massilia obsidebat. Milites ejus urbem tanta fiducia invaserunt, ut muros statim occupaturi fuerint, nisi parandis, quas admovebant, scalis confectionem oculorum altitudo moenium fecisset.

Multi tamen brevitate scalarum decepti, quoad ascendendum superaret, extensis conquebantur corporibus, & E succedentium humeris sublevati jam intervalla pinnarum invaserant, cum Constantinus signum recepti dedit, ac paulisper inde recessit. Post noctem autem militibus ad urbem repente reductis, hostes te inopinata fixe exterruit, ut se tueri possent...

STEPHANUS V. rex Hungariae, Bela patre mortuo, rupto foedere anno 1276. bellum adversus Orthogorum Bohemorum regem per incursum in Moraviam renovavit. Qua de injuria cum per caduceatorem egisset Orthogarus, ac rogasset, ut prohiberet populationes a suis in Moravia fieri...

SOLEMANNUS, Turcarum tyrannus, maxima clade a Peris affectus, arma in Mysiam, Bulgaria, & Bosniam transferre cogitabat. Hungari sub rege Ludovico juvene in omnem licentiam effusi, quasi uno praelio tota Turcarum virtus concidisset, securi agebant. Inter ea cum Mariam Maximilianae...

CL. GUSTIUS, rigente hyeme, ducto exercitu, ea specie, quasi ad Fanum Quintimum paulo ante a Philippo Carolo Caesaris filio captum, recuperandum tenderet: de improviso conversis itineribus, Caletum versus iter arripuit. Acceperat enim per exploratores, non satis firmo praesidio Caletum ab Anglis teneri...

Obsidebat Bavarum rebellem Rodolphus Bohemiae rex in oppido Horaliditio, cum repente dysenteria correptus moritur. Ergo statim illius annulo literis obligatis, data fide, Bavarus ad colloquium invitabatur. Qui nullam fraudem suspiciens, in tabernaculo regis venit, aulaeis ita obtentum, ut praeter lectum, in quo Rex jacebat, modicum portione nihil aliud videre poterit...

Observebat Bavarum rebellem Rodolphus Bohemiae rex in oppido Horaliditio, cum repente dysenteria correptus moritur. Ergo statim illius annulo literis obligatis, data fide, Bavarus ad colloquium invitabatur. Qui nullam fraudem suspiciens, in tabernaculo regis venit, aulaeis ita obtentum, ut praeter lectum, in quo Rex jacebat, modicum portione nihil aliud videre poterit...

LYCUS, dux Lysimachi, cum Aeneas Demetrii dux Ephesum custodiret, multaque piratis finitimorum terram infestaret: archipirata Androem pecuniis corripuit, & Ephesum occupavit. Archipirata Lyci milites inermes, tunicas, ac pallia amictos, vinctoque quasi captivos in urbem induxit...

axilla ferebant absconditis. Trucidatis janitoribus, & custodiibus, qui arcem tenebant, signum iis, qui cum Lyco erant, ostenditur. Qui per vim ingressi, Aeneas ceperunt, & Ephesum obtinuerunt, pirataque, perfoluta eius mercede, ex urbe confestim emisere perfidiam eorum in prioribus amicis non tutam elevari.

ANDREAS Brachius Perusinus turres inter Averfam urbem, ac Capuam postas altu occupavit, quo tempore adversus Martinum quartum Pontificem, ac Sforciam ejus militarem ducebat. Ipse Joanna Neapolitanae reginae auspiciis bellum gerebat. Audacem enim juvenem fecit habitu ornavit, quem ad turres ipsas, veluti devium, & errantem iter facere iussit...

CALICRATIDAS Cyrenensis, ab eo, qui arcem Magnesia custodiebat, petiit, ut quatuor ex suis agrotantes reciperet. Quo permittente, singulos thoracibus indutos reclinavit, ensisque desuper chlamyde tectos apposuit. Cum qui, lectos quatuor portabant intra portas venissent, viginti simul juvenes armati, custodiibus trucidatis, arcem obtinuerunt.

DECIMO anno belli Messenicis, Emperari clari inter Spartanos hominis fervi pastor, cum quotidie boves ad Nedam fluvium ageret, in Messenii ejusdem uxoris amorem, quae eodem aquarum venire solebat, incidit: seminaque cum donis corrupisset: ad stuprum quoque pellexit. Accidit forte, ut marito ejus nocturna vigilia cum praesidiis militibus esset obunda: per effusissimos vero ea nocte imbres stationem deserere cogentur. Cum ergo domum venisset, inopinatum, mulier occultato amatore perconatur virum...

C. JULIUS CAESAR Gallicum quoddam castellum oppugnabat: cuiusque Barbari longo tempore resistissent, imber procellulosus ingruit, ita ut, qui custodiendis, tuendisque moenibus praerant, custodias, & propugnacula relinquere. Caesar suis mandat, ut se armis accingant, coque confestim ad muros adduxit: ac defendentibus vacuum occupans, facile superavit; & castellum excidit.

RELIGIONE URBS CAPERE.

Consule Locum Superstationis, qua tarsi urbes non defenduntur.

CHRISTHES oppugnabat Cirrhani. Oraculum habebant Cirrhenses, invitata urbem fore tantisper, donec mare sanctam terram attingeret, quae procul a mari distita erat. Cirrha sacra terram attingeret, & ad mare porrecta. Christhenes oraculo percepto, tum urbem, tum regionem Cirrhensem Deo consecravit, ut universa sancta facta, secundum oraculum mare contingeret...

GAOS, qui Persarum classem duxerat in Cyprico bello, a rege Artaxerxe deficiens, ad bellum Persis inferendum non tam Lacedaemonios, quam Aegyptiorum regem cohortabatur. Dolo autem a quibusdam occisus, voti sui compos factus non est. Post mortem ejus Tachos negotio eo suscepto, urbem prope mare in loco quodam sublimi aedificavit, quam Leucam nominavit, in qua templum fuit Apollini sacrum. Paulo post mortuo illo, Clazomenii, & Cyllirae de urbis ejus possessione contendere. Et primo quidem bello dirimite litem eam conatae sunt: postea vero, quodam armentum, oraculum consultuerunt, utra ex civitatibus iis Leucae deinceps dominari deberet...

oppido proficiscendum esse simul oriente Sole. Die igitur ad id praescripto Camsi quidem victuros se credebant, eo quod E urbs eorum propior esset. Clazomeniis autem, qua longius a loco distabant, talia vincendum dolo usi sunt: electis forte quibusdam ex colonis, oppidum prope Leucam extruxerunt, ex quo simul oriente Sole praefecti, sacrificio suo Cummos antevererunt. Hoc dolo Leuca domini facti nominis ejus festum quotannis celebrandum instituerunt, nominantes id Praeventum.

CNEUS POMPEJUS Hierosolyma potius, templum oppugnabat munitissimum. Erigebant Romani aggerem, ut fossa completa templi murum machinis quaterent. Verum Judaei opus egregie impediabant, & nisi patrius mos Judaei fuisset, per otium septimum quemque diem exigere, non potuissent absolvere aggerem: prohibere enim vim inferentes lex permittit, sed opus facientem hostem impedire non finit. Quod ubi animadvertenter Romani, sabbatis neque eminus incedebant telis Judaeis, neque manus cum eis conferabant: tantum erigebant aggerem, & turres, machinae admovebant, ut eis postredie adversus Judaeos uti possent. Sic tandem concussa turri machina, machinis e Tyro advehtis, caque collapsa templum tertio mense captum est, die Junii 799. Olympiade, C. Antonino, M. Tul. Cicerone Consulibus. Josephus lib. 14. cap. 8. Dion, Strabo.

VESPASIANUS Judaeos Saturni die (quo eis nefas est quicquam feriae rei agere) adortus superavit. Frontinus lib. 2. cap. 1. CAMBYSES, Pelusium oppugnans, cum Aegyptii fortiter resisterent, catapultis in hostes tela facientes obiectis animalibus, quae Aegyptii tanquam Deos colunt, occupavit.

ARTEMISIA Cariae regina, cum Latnum oppugnaret, armatas copias occultavit: ipsa vero cum Eunuchis, mulieribus, tibicinibus, ac tympanistis in lucum Matris Deorum, qui septem stadiis ab urbe distabat, sacra peragens, accessit. Latnii autem adventibus, & pietatem ejus contempnantis, admirantibusque, ii, qui latebant confurgentes, urbem invaserunt, obtinentes eam fistulis, ac Tympanis, quam armis non poterant obtinere.

Artemem Vordenstem Principes Brunsvicensis occuparunt. Brementis Archiepiscopo adeptam. Praevaluerat in eo oppido supersticio magna. Pater quidam Obererus, vanam sanctitatis speciem praeferebat, putabatur sancta reddere quacumque tangeret: Ingens hominum concursus sit: felicem se reperubatur, quibus Oiberti audire murrura, aut contingere manus poterat. Hanc superstitionem aluit arce praefectus, quod oblationis nomine multa congereret, qui accurrebant. Hac occasione captata, Ministri Archiepiscopi, specie peregrinorum, visendi hominis sancti gratia venientium, ab arce custodiibus intronissit, arcem receperunt, & Oberertum ad stivam redire compulerunt.

STULTA IN DIVERSUM LOCUM ABSTRACTIONE URBS CAPERE.

THEBANI cum portum Sicyoniorum nulla vi redigere in potestatem suam possent: navem ingentem armatis complerunt, exposita super merce, ut negotiatorum specie fallerent. Ab ea deinde parte murorum, quae longissime remota erat, apparere paucos dispoferunt: cum quibus e nave quidam egressi, inermes simulata rixa, occurrerunt. Sicyonias ad dirimendum id iurgium advocatis, Thebanae naves & portum vacantem, & urbem occupaverunt.

DEMOSTHENES, cum Pylus Laconum praesidio teneretur, navigavit ad Aeram. Lacones Pylus relicto, ad Aeram contenderunt, sperantes se jam egredientes deprehensuros, cum via longa esset. Jam appropinquabant hostes Aerae, cum Demosthenes revertus, Pylum inanem virorum obtinuit.

PERICLES Peloponnesiorum castellum oppugnaturus, in quod duo omnino erant accessus, alterum fossa interclusit, alterum munire instituit. Castellani fucioribus ab altera parte facti, eam solum, quam munire videbant, custodire ceperunt. Pericles praeparatis pontibus, injectisque super fossam, qua cavebatur, subit castellum.

Idem Atheniensium dux cum oppugnaret quandam civitatem, magno consensu defendentium tutam, nocte ab ea parte murorum, quae mari adiacebat, classicum cani, clamoremque



